

*Instruktionen des Abts Georg Ried von Stams für Friedrich Degenhard und einen anderen Priester zu Verhandlungen mit NvK. Sie sollen mit Verweis auf das Exemptionsprivileg des Zisterzienserordens darlegen, dass der Abt von Stams nicht verpflichtet sei, an Diözesansynoden teilzunehmen. Auch der Stamser Mönch, der die St. Johanneskapelle inne habe, sei nicht zur Teilnahme an Synoden verpflichtet, da die Kapelle lediglich eine Filialkirche der Pfarrei Silz sei. In der Vergangenheit habe der Abt von Stams lediglich auf freiwilliger Basis an Synoden teilgenommen. Falls sich NvK unnachgiebig zeige, solle man die erfolgte Appellation übergeben.*

Kopie (C. Primisser, *Additiones ad Annales Stamsenses*, 18. Jh.): STAMS, StA, Hs. 130 f. 200<sup>r</sup>-201<sup>r</sup>. Über dem Text:  
Exstat etiam memoriale autographum, quod Georgius abbas Friderico monacho et alteri sacerdoti Brixinam missis tradidit. Ibi inter alia haec lego.

Post debitam recommendationem dicere poteritis humiliter et discrete, quod ex hiis, que ex paternitatis sue presencia dicere et facere proponitis, non intenditis in suam jurisdictionem aliter consentire, nisi ad hoc tantum, ut paternitatem suam de tenore exemptionum, privilegiorum et libertatum monasterii et ordinis informetis, protestantes, quod eis per hoc in nullo derogari velitis.

5 Item libertates et privilegia a sede apostolica impetrata monstrabitis et rogabitis humiliter, quod sentencias et comminaciones etc. tollat et revocet; nec nos a modo contra huiusmodi etc. gravet, ne gravatos de hoc nos conqueri, lamentari et graviores labores et expensas subire contingat, quia non possumus privilegia monasterii et ordinis indefensa dimittere, prout juramento astrikti sumus.

Item, si per huiusmodi literas et copiam bulle Urbani<sup>2)</sup>, qua nempe etiam familiares et servi monasteriorum ordinis Cisterciensis ab episcopis exempti declarantur, minus contentus fuerit eo, quod non sit autenticata modo et forma, quibus probacionem inducit, dicere poteritis, quod parati simus accuratam et possibilem adhibere diligenciam, licet non parvis sub expensis, transsumpta originalium, que in Cistercio et diversarum nationum locis reservantur, oportuno tempore destinare.

Item, si mencionem fecerit de capella sancti Johannis<sup>3)</sup>, dicatis, quod numquam fuerit parochia, 15 numquam aliqua habuerit insignia parochialis, sicut est sacramentum, baptisterium etc., et quod ab eo tempore, cuius contrarium in memoria hominum non existit, propter privilegium ordinis, cuius vobis dedimus et copiam et instrumentum, quilibet in Silz<sup>4)</sup> de novo institutus plebanus irrevocabilem dare consueverit auctoritatem, etiam auctoritate ordinaria frequentius vive vocis oraculo, sepius scripto roboratam, ut fratres nostri sacramenta ecclesiastica ministrarent vicinis et familiaribus nostris. Et ex quo 20 hoc est verum et ipsa cappella dinoscitur esse ecclesia filialis, prout probare possumus evidenter, non credimus nos teneri ad synodus <venire>, cum nec reliqui curati in ecclesiis filialibus residentes ad synodus evocentur. Verum, si paternitas sua nollet, quod vicinis per fratres amodo ministrarentur sacramenta, parati sumus cedere et permittere, ut hoc ipsum per presbiterum secularem fiat imposterum, ne huius occasione privilegiis nostris in aliquo derogetur.

25 Item si dixerit, quod predecessores nostri venerint ad synodum predecessorum suorum, dicatis, quod rogati sint temporibus suis, non coacti.<sup>5)</sup> Nosque verisimiliter synodum quondam episcopi Georgii visitavimus, vive vocis oraculo rogati.<sup>6)</sup> Item ad primam domini cardinalis sinodum venimus, non quidem mandato suo conscripto, sed propria voluntate sponte inducti. In secunda vero visi non sumus. In tercia per dominum plebanum de Telfs<sup>7)</sup>, quia in ea contra Turcos pro fide tractabatur, nos ipsum excusare 30 curavimus. In ultima et proxima sinodo propter mandatum ordinis alias nobis factum nec non ardua monasterii nostri negotia tunc nobis incumbencia venire nequivimus.

Item, si in nullo profeceritis, provideatis, quod de protestacione primitus facta instrumentum conficiatis et appellacionis<sup>8)</sup> alias factam debite insinuetis et copiam in loco relinquatis. Poteritis etiam dicere, quod alias in omnibus et singulis, in quantum de iure debemus et possumus, paternitati sue obedienciam 35 et reverenciam debitas exhibemus, ordine et exemptionibus, libertatibus et privilegiis nostris per omnia salvis, ne transgrediendo terminos a patribus constitutos tanquam inobedientis et violatorum privilegiorum per generale capitulum inde gravius puniamur.

9 qua – 10 declarantur: a.R. eingefügt. 31 nequivimus: folgt gestr. et si huiusmodi cessassent obstacula.

<sup>1)</sup> Auf der Brixner Diözesansynode wurde eine Frist von einem Monat festgesetzt, innerhalb derer der Abt von Stams sein Fernbleiben erklären musste; s.o. Nr. 5217 Z. 103. In Nr. 5257 Z. 1 heißt es, dass die Stamser Gesandten kurz vor Ablauf der Frist (quo termino veniente) in Brixen erschienen. Nr. 5260 vom 6. Juni 1457 wurde wohl in Reaktion auf die gescheiterte Gesandtschaft verfasst.

<sup>2)</sup> Urban IV. bestätigte dem Zisterzienserorden am 1. Dezember 1261 die Exemption; s. Potthast, *Regesta pontificum II* 1478 Nr. 18167.

<sup>3)</sup> Die St. Johannes-Kapelle beim Kloster Stams. S.o. Nr. 5221 Anm. 4.

<sup>4)</sup> Die Pfarrei Silz, die dem Kloster Stams inkorporiert war; s.o. Nr. 5221 Anm. 5.

<sup>5)</sup> Vgl. die in Nr. 4584 Anm. 1 zitierte Randnotiz auf der Einladung zur Diözesansynode des Jahres 1419.

<sup>6)</sup> Zum Besuch der früheren Diözesansynoden s.o. Nr. 5221 Anm. 7-9.

<sup>7)</sup> Jakob Fabri de Poseil, Pfarrer von Telfs; s.o. Nr. 4164 Anm. 24

<sup>8)</sup> Der Text der Appellation ist nicht erhalten. Zu ihr vgl. auch Nr. 5257.